Obligační právo II

Čl. 1244

Inpossibilium nulla est obligacio.

Čl. 1241

Quod nullius esse potest, id (ut) alicuius fieret, nulla obligacio valet efficere.

Čl. 1247

Que rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt. Sicut si promisisti ut doceres me volare: talis obligacio nulla lege confirmata est.

Čl. 946

Solvendo nemo esse intelligitur, nisi qui solidum potest solvere.

Čl. 1205

Nemo fraudare eos, qui sciunt et consenciunt. Sicut verbi gracia si emi a debitore in fraudem creditorum, si esi consencientibus non teneor, et quod dictum sciun, subaudi tempore contractus, quia secus est, si tunc ignorant et postea sciunt, quia non decrescit obligacio.

Čl. 915

Verbum „amplius“ ad eum quoque pertinet, cui nichil debetur: sicuti ex contrario „minus“ solutum videtur eciam, si nichil est exactum.

Čl. 1144

Cum amplius solutum est quam debeatur, cui pars non venitur que repeti possit, totum esse indebitum intelligitur manente pristina obligacione.